bturbate, sat opum mihi ligo, præterea fortunatißimus sum, si nemo propius ad me accesserit. MERCVRIVS. *Adeóne, quæso, inhumaniter? Hæc ego sæua Ioui refero atque immania dicta: Atqui par erat forsitan homines tibi haberi inuisos, vt qui tam multa indigna in te commisissent, deos odio te prosequi nequáquam erat consentaneum, cùm illi tantoperè tui curam agant.* TIMON. *At tibi Mercuri, Iouíque quod me respicitis, plurimum equidem habeo gratiam, cæterùm hunc Plutum nequaquam recepero.* MERCVRIVS. *Quid ita?* TIMON. *Quoniam pridem innumerabilium malorum hic mihi fuit autor, cùm me assentatoribus proderet, insidiatores in me inuitaret, conflaret odium, illecebris corrumperet, inuidiæ obnoxium redderet, deniq; cùm me adeò perfidè ac proditoriè destitueret. Contra paupertas optima, me laboribus viro dignißimis exercens mecúmque verè & liberè conuiuens, & quæ opus erant, suppeditauit laboranti, & vulgaria ista contemnere docuit, effecítque vt mihi vitæ spes omnis è me ipso penderet, demonstrans quænam essent opes veræ meæ, nempe quas neque adulator assentans, neque sycophanta minitans, neque plebs*

δῆμος παρεξωθεὶς, οὐκ ἐκκλησιαστὴς ψηφοφορήσας; οὐ τύραννος ἐπιβουλεύσας ἀφελέσθαι δύναιτ' ἄν. ἐρρωμένος τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων, τουτονὶ τὸν ἀγρὸν φιλοπόνως ἐπεργαζόμενος οὐδὲν ὁρῶν τῶν ἐν ἄστει κακῶν, ἱκανὰ καὶ διαρκῆ ἔχω τὰ ἄλφιτα παρὰ τῆς δικέλλης. ὥστε παλίνδρομος ἄπιθι ὦ Ἑρμῆ, τὸν Πλοῦτον ἀπαγαγὼν τῷ Διΐ. ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν ἦν, πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιῆσαι. Ἑρμ. μηδαμῶς ὦ 'γαθέ. οὐ γὰρ πάντες εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς οἰμωγήν. ἀλλ' ἔα τὰ ὀργίλα ταῦτα, καὶ μειρακιώδη, καὶ τὸν Πλοῦτον παράλαβε. οὔτι ἀπόβλητά εἰσι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. Πλοῦτ. Βούλει ὦ Τίμων δικαιολογήσομαι πρός σε, ἢ χαλεπαίνεις μοι λέγοντι; Τίμ. λέγε, μὴ μακρὰ μέν τοι, μὴ δὲ μετὰ προοιμίων, ὥσπερ οἱ ἐπίτριπτοι ῥήτορες, ἀνέξομαι γάρ σε ὀλίγα λέγοντα, διὰ τὸν Ἑρμῆν τουτονί. Πλοῦτ. ἐχρῆν μέν τοι ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν οὕτω πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορηθέντα. ὅμως δὲ ὅρα, εἴ τι σε ὡς φής, ἠδίκηκα, ὃς τῶν μὲν ἡδίστων ἁπάντων αἴτιός σοι κατέστην, τιμῆς καὶ προεδρίας

plebs irritata, neque concionator suffragiorum autor, neque tyrannus intentus insidiis queat eripere. Itaque iam validus effectus ob laborem, dum hunc agellum grauiter exerceo, neque quicquam eorum quæ sunt in ciuitate malorum aspicio, abundè magnum & sufficientem victum mihi ligo suppeditat. Quare tu, Mercuri, quam venisti viam remetiens, recurre, vnà tecum Plutum adducens ad Iouem. Illud mihi sat fuerit, si effecerit, vt omnes mortales ab ineunte ætate eiulent. MERCVRIVS. *Nequaquam ô bone, neque enim omnes ad eiulandum sunt commodi. Quin tu iracunda puerilia que ista missa face, ac Plutum excipe, non sunt reiicienda munera, quæ à Ioue proficiscuntur.* PLVTVS. *Vin' Timon vt contra te partes defendam meas, an grauiter feres si quid dixero?* TIMON. *Dicito, ne multis tamen, neque cum proœmiis, quemadmodum perditissimi isti solent Oratores. Sustinebo enim te huius Mercurij gratia paucis dicentē.* PLVT. *Atqui multis mihi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accusato. Attamen vide, num qua in re te quemadmodū ais, læserim? qui quidem dulcissimarū quarūcunq; rerū tibi extiterim autor, opifexq;, autoritatis, primarij loci,*

καὶ στεφάνων, καὶ τῆς ἄλλης τρυφῆς. περίβλεπτος δέ τοι καὶ ἀοίδιμος δι' ἐμὲ ἦσθα, καὶ περισπούδαστος. εἰ δέ τι χαλεπὸν ἐκ τῶν κολάκων πέπονθας, ἀναίτιος ἐγώ σοι, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἠδίκημαι τοῦτο ὑπὸ σοῦ, διότι με οὕτως ἀτίμως ὑπέβαλλες ἀνδράσι καταράτοις, ἐπαινοῦσι, καὶ καταγοητεύουσι, καὶ πάντα τρόπον ἐπιβουλεύουσί μοι. καὶ τό γε τελευταῖον ἔφησθα, ὡς προδέδωκά σε, τοὐναντίον δὲ αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι πάντα τρόπον ἀπελαθεὶς ὑπὸ σοῦ, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας. τοιγαροῦν ἀντὶ μαλακῆς χλαμύδος, ταύτην τὴν διφθέραν ἡ τιμιωτάτη σοι Πενία περιτέθεικεν. ὥστε μάρτυς ὁ Ερμῆς οὑτοσί, πῶς ἱκέτευον τὸν Δία μηθ' ἥκειν παρά σε, οὕτω δυσμενῶς μοι προσενηνεγμένον. Ερμ. ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς ὦ Πλοῦτε, οἷος ἤδη γεγένηται; ὥστε θαῤῥῶν ξυνδιάτριβε αὐτῷ, καὶ σὺ μὲν σκάπτε, ὡς ἔχεις. σὺ δὲ τὸν θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ. ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντί σοι. Τίμ. πειστέον ὦ Ερμῆ, καὶ αὖθις πλουτητέον. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; πλὴν ὅρα γε, εἰς οἷά με πράγματα ἐμβαλεῖς

coronarum, aliarum item voluptatum. mea opera conspicuus eras, celebris & obseruandus. Cæterùm si quid molesti ab adulatoribus accidit, non mihi potes imputare, quin ipse magis abs te sum affectus contumelia, propterea quod me tam ignominiosè viris illis execrandis suppeditaris, qui te mirabantur, ac præstigiis dementabant, mihíque modis omnibus insidias struebant. Porrò quod extremo loco dixisti, te à me proditum, desertúmque fuisse, istud criminis in te possum retorquere, cùm ipse sim modis omnibus à te reiectus, præcépsque exactus ex ædibus. Vnde pro molli chlamyde sagum pelliceum istud charissima tibi paupertas circumposuit. Itaque testis est mihi hic Mercurius, quantopere Iouem orauerim, ne ad te venirem, adeò hostiliter mihi aduersatum. MERCVRIVS. *At nunc vides Plute, in cuiusmodi hominem sit commutatus. Proinde audacter cum illo consuetudinem iunge. Tu verò fode ita, vt facis. Tu interim thesaurum sub ligonem adducito. Audiet enim si tu accersiueris.* TIMON. *Parendum est Mercuri, rursusque ditescendum. Quid enim facias cùm dij compellant? tamen vide, in quas turbas me miserum coniicias,*

τὸν κακοδαίμονα, ὃς ἄχρι νῦν εὐδαιμονήσεται διάγων, χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας, καὶ τοσαύτας φροντίδας ἀναδέξομαι. Ερμ. ὑπόστηθι ὦ Τίμων δι' ἐμὲ, καὶ εἰ χαλεπὸν τοῦτο. καὶ οὐκ οἰστόν ἐστιν, ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τοῦ φθόνου, ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τὴν αἴτνην ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσομαι. Πλ. ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ. τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν, σὺ δὲ αὐτοῦ περίμενε. ἀναπέμψω γάρ σοι τὸν θησαυρὸν ἀπελθὼν, μᾶλλον δὲ παῖε. σὲ φημὶ θησαυρὲ χρυσοῦ, ὑπάκουσον Τίμωνι τούτῳ, καὶ παράσχε σεαυτὸν ἀνελέσθαι. σκάπτε ὦ Τίμων βαθείας καταφέρων, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. Τίμ. ἄγε δὴ ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπιῤῥώσον σεαυτὴν καὶ μὴ κάμῃς ἐκ τοῦ βάθους τὸν θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς προκαλουμένη. ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ φίλοι κορύβαντες, καὶ Ἑρμῆ κερδῷε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον ἦπου ὄναρ ταῦτά ἐστι; δέδια γοῦν, μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀνεγρόμενος. ἀλλὰ μὴν χρυσίον ἐστὶν ἐπίσημον, ὑπέρυθρον, βαρὺ, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπερήδιστον. ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς. αἰθόμενον

γὰρ

qui quidem cùm ad hunc vſque diem feliciſſimè vixerim, tantum auri repentè ſum accepturus, nihil commeritus mali, tantúmque curarum ſuſcepturus. MERCVRIVS. *Suſtine Timon, mea gratia, tametſi graue eſt iſtuc, atque intolerandum, quo videlicet palpones illi præ inuidia rumpantur. Ego porrò ſuperata Aetna in cœlum reuolauero.* PLVTVS. *Abiit ille quidem, ſicut apparet, nam ex alarum remigio facio coniecturam. Tu verò hîc opperire, ſiquidem digreſſus Theſaurum ad te tranſmittam, ſed feri fortius. tibi loquor auri Theſaure, Timoni huic audiens eſto, offérque temet eruendum. Fode, Timon, altius impingens. Cæterùm ego à vobis digredior.* TIMON. *Age iam, ô ligo, nunc mihi tuas vires explica, neque defatigare, dum ex abdito Theſaurum in apertum euocaris. Hem prodigiorum autor Iupiter, amici Corybantes, ac lucrifer Mercuri, vnde nam auri tantum? Num ſomnium hoc eſt? Metuo ne carbones reperturus ſim experrectus. Atqui aurum profectò eſt inſigne, fulvum, graue, & aſpectu multò iucundiſſimum, Pulcherrima Aurum fauſtitas mortalibus. Quippe*

γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. ἐλθὲ ὦ φίλτατέ τε καὶ ἐρασμιώτατε. ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα. ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε πρὸς Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον, ᾧ γε οὐδὲ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος. ὦ δίκελλα καὶ φιλτάτη διφθέρα. ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν. αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι, τὸν αὐτὸν καὶ τάφον ἀποθανὼν ἕξειν μοι δοκῶ. δεδόχθω δὲ ταῦτα, καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πρὸς ἅπαντας καὶ ἀγνωσία καὶ ὑπεροψία. φίλος δὲ ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ ἐλέου βωμὸς, ὕθλος πολὺς, καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα, ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ, παρανομία καὶ κατάλυσις τῶν ἐθῶν. μονήρης δὲ ἡ δίαιτα, καθάπερ τοῖς λύκοις, καὶ φίλος εἷς Τίμων, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι, καὶ τὸ προσομιλῆσαί τινι αὐτῶν μίασμα. καὶ εἴ τινα ἴδω μόνον, ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα, καὶ ὅλως ἀνδριάντων λιθίνον ἢ χαλκῶν μηδὲν ἡμῖν διαφερέτωσαν, καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν,

μήτε

quod ignis in morem ardes, noctésque & dies renides. Ades ô mihi chariβimum & desideratiβimum. ô Mida, Crœséque, ac munera Delphico in templo dicata, vt nihil eratis, si cum Timone, cúmque Timonis opibus conferamini, cui ne Persarum quidem Rex par est. O ligo, sagum chariβimum, vos quidem Pani huic reponere commodum. At ego quàm maximè semotum mercatus agrum, turriculáque seruandi auri gratia constructa, vni, mihi affatim vixero, sepulchrum item inibi mihi defuncto, parare est sententia. Hæc igitur decreta sunto, placitáque in reliquum vitæ, seiunctio, ignorantia, fastidium erga mortales omnes. Porrò amicus, hospes, sodalis, aut ara misericordiæ meræ nugæ. Tum commiserari lachrymantem, suppeditare egentibus, iniquitas, ac morum subuersio: at vita solitaria mihi sit, qualis est lupis: vnus sibi amicus Timon, cæteri omnes hostes, & insidiarum machinatores. Cum horum quopiam congredi, piaculum, adeò vt si quem aspexero duntaxat, inauspicatus sit ille dies. In summa, non alio nobis habeatur loco quàm signa saxea, æreáue, neq; fœcialem ab illis missum recipia-

μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα, ἡ ἐρημία δὲ ὅρος ἔστω πρὸς αὐτούς. φυλέται δὲ καὶ φράτορες καὶ δημόται, καὶ ἡ πατρὶς αὐτή, ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα, καὶ ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα, πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος, καὶ ὑπεροράτω ἁπάντων, καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας καὶ ἐπαίνων φορτικῶν ἀπηλλαγμένος, καὶ θεοῖς θυέτω, καὶ εὐωχείτω, μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος, ἐκσείων τῶν ἄλλων, καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν, καὶ ὄνομα μὲν ἔστω ὁ μισάνθρωπος ἥδιστον. τοῦ τρόπου δὲ γνωρίσματα, δυσκολία καὶ τραχύτης καὶ σκαιότης καὶ ὀργὴ καὶ ἀπανθρωπία· εἰ δέ τινα ἴδοιμι ἐν πυρὶ διαφθειρόμενον καὶ σβεννύναι ἱκετεύοντα, πίττῃ καὶ ἐλαίῳ κατασβεννύναι. καὶ ἤν τινα τοῦ χειμῶνος ὁ ποταμὸς παραφέρῃ, ὁ δὲ τὰς χεῖρας ὀρέγων ἀντιλαβέσθαι δέηται, ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν πίπτοντα, ὡς μηδὲ ἀνακύψαι δυνηθείη. οὕτω γὰρ ἂν τὴν ἴσην ἀπολάβοιεν. εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐχεκρατίδης Κολυττεύς, ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτός.

εἶεν,

mus, neque fœdera feriamus. Solitudo terminus esto. Caterùm tribules, cognati, populares, postremò patria ipsa, frigida quædam & sterilia nomina, & insipientium virorum precia: solus Timon diues esto, despiciat omnes, solus ipse secum oblectetur, liber ab assentationibus, & onerosis laudibus. Diis sacra faciat, epuletur solus, sibiipsi vicinus, sibi particeps, excutiens sese ab aliis. Ac semel decretum esto, vt vnus seipsum comiter accipiat, si moriendum sit, aut necesse habeat sibiipsi coronam admouere. Nullúmque nomen sit dulcius quàm Misanthropi, id est, hominum osoris. Morum autem notæ, difficultas, asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas. Quod si quem conspexero incendio conflagrantem, obtestantem quo restinguam, pice oleóque restinguere: rursum si quem flumen vndis abstulerit, iisque manus porrigens imploret, vt retineatur, hunc quoque demerso propellere, ne possit emergere. hunc ad modum par pari relaturus est. Hanc legem Timon tulit Echecratides Colyttensis, & concionis subscripsit suffragiis idem ille Timon.

εἶεν, ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω, καὶ ἀνδρικῶς ἐμμένωμεν αὐτοῖς. πλὴν ἀλλὰ περὶ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην ἅπασι γνώριμά πως ταῦτα γενέσθαι, διότι ὑπερπλουτῶ, ἀγχόνη γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς. καίτοι τί τοῦτο; φεῦ τοῦ τάχους, πανταχόθεν συνθέουσι, κεκονιμένοι καὶ πνευστιῶντες, οὐκ οἶδα, ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. πότερον οὖν ἐπὶ τὸν πάγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπελαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις ἐξ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος, ἢ τό γε τοσοῦτον παρανομήσομεν εἰσάπαξ αὐτοῖς ὁμιλήσαντες, ὡς πλέον ἀνιῶντο παρορώμενοι; τοῦτο οἶμαι καὶ ἄμεινον ὥστε δεχώμεθα ἤδη αὐτοὺς, ὑποστάντες. φέρε ἴδω, τίς ὁ πρῶτος αὐτῶν οὗτός ἐστι; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρώην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον, πίθους ὅλους παρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμημεκώς. ἀλλ' εὖ γε ἐποίησεν ἀφικόμενος, οἰμώζεται γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων. Γν. οὐκ ἐγὼ ἔλεγον, ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ ἀνδρὸς οἱ θεοί; χαῖρε Τίμων εὐμορφότατε καὶ ἥδιστε καὶ συμποτικώτατε. Τί. νὴ καὶ σύ γε ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν ἁπάντων βορώτατε, καὶ ἀνθρώπων ἐπιτριπτότατε.

Γν.

Age hæc decreta sunto, & pro virili immoremur eis. Cæterùm magno emerim, vt id omnibus innotescat, quod opibus abundo. nam illa res illos præfocauerit. Sed quid illud? Hem quæ trepidatio? vndique concurrunt, puluerulenti atque anheli, haud scio, vnde aurum odorati. Vtrum igitur hoc conscenso collo saxis eos abigo è sublimi deiaculans, an hac tantum in re legem violabimus, vt semel cum illis congrediamur, vt magis angantur, fastiditi, repulsíque? Ita satius esse duco. Itaque subsistamus, quo illos excipiamus. Age prospiciam, primus eorum iste quis est? Nempe Gnatonides adulator, qui mihi nuper cœnam petenti funem porrexit, cum apud me sæpenumero solida dolia vomuerit. Sed benè est quod ad me venit, nam primus omnium vapulabit. GNAT. *Annon dixi Timonem virum bonum non neglecturos esse Deos? Salue Timon formosissime, iucundissime, conuiuator bellissime.* TIMON. *Scilicet & tu Gnatonides, vulturum omnium voracissime, & hominum perditissime.*

Γν. ἀεὶ φιλοσκώμμων σύ γε. ἀλλὰ ποῦ τὸ συμπόσιον; ὡς καινόν τί σοι ᾆσμα τῶν νεοδιδάκτων διθυράμβων ἥκω κομίζων. Τί. καὶ μὴν ἐλεγεῖά γε ᾄσῃ μάλα περιπαθῶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλλῃ. Γν. τί τοῦτο; παίεις ὦ Τίμων; μαρτύρομαι, ὦ Ἡράκλεις, ἰοὺ ἰοὺ, προκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. Τί. καὶ μὴν ἄν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς, φόνου τάχα προκεκλήσῃ με. Γν. μηδαμῶς, ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ἐπιπάσας τοῦ χρυσίου, δεινῶς γὰρ ἴσχαιμόν ἐστι τὸ φάρμακον. Τί. ἔτι μένεις; Γν. ἄπειμι, σὺ δὲ οὐ χαιρήσεις οὕτω σκαιὸς ἐκ χρηστοῦ γενόμενος. Τί. τίς οὗτός ἐστιν ὁ προσιὼν, ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης κολάκων ἁπάντων ὁ βδελυρώτατος. οὗτος δὲ παρ' ἐμοῦ ἀγρὸν ὅλον λαβὼν, καὶ τῇ θυγατρὶ προῖκα δύο τάλαντα μισθὸν τοῦ ἐπαίνου, ὁπότε ᾄσαντά με πάντων σιωπώντων μόνος ὑπερεπήνεσεν, ἐπομοσάμενος ᾠδικώτερον εἶναι τῶν κύκνων, ἐπειδὴ νοσοῦντα πρῴην εἶδέ με καὶ προσῆλθον ἐπικουρίας δεόμενος, πληγὰς ὁ γενναῖος προσενέτεινε. Φιλ. ὢ τῆς ἀναισχυντίας, νῦν Τίμωνα γνωρίζετε; νῦν

Γνα-

GNAT. *Semper tibi grata dicacitas. Sed vbi compotamus? Nam nouam tibi adfero cantilenam, ex his, quos nuper didici, dithyrambis.* TIMON. *Atqui elegos canes admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone.* GNAT. *Quid istuc? feris, ô Timon? Atteftor, ô Hercules, hei hei in ius te voco apud Areopagitas, qui vulnus dederis.* TIMON. *Atqui si cunctare paulisper, mox cædis me reum ages.* GNAT. *Nequaquam, quin tu planè vulneri medere, paululo auri inspersо. Mirum enim in modum sanguinem sistit hoc remedium.* TIMON. *Etiam manes?* GNAT. *Abeo. At tibi malè sit, qui quidem ex viro commodo tam sæuus factus sis.* TIMON. *Quis hic est qui accedit, recaluaster ille? Philiades, assentatorum omnium flagitiosissimus. Hic cùm à me solidum acceperit fundum, tum filiæ in dotem talenta duo, laudationis præmium, cùm me canentem reliquis silentibus omnibus solus maiorẽ in modum extulisset, deierãs me vel oribus magis canorum, vbi ægrotãtem antea vidit me, & adieram oraturus vt mei curã ageret, plagas etiam egregius ille vir impegit.* PHIL. *O impudentiam, nunc demum Timonem agnoscitis? nunc*

Gna-

Γναθωνίδης φίλος καὶ συμπότης; τοιγαροῦν δίκαια πέπονθεν οὗτος ἀχάριστος ὤν. ἡμεῖς δ' οἱ πάλαι ξυνήθεις καὶ ξυνέφηβοι, καὶ δημόται, ὅμως μετριάζομεν, ὡς μὴ ἐπιπηδᾶν δοκῶμεν. χαῖρε ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ, τοὺς ἐπὶ τῆς τραπέζης μόνον, τὰ ἄλλα δὲ κοράκων οὐδὲν διαφέροντας. οὐκ ἔτι πιστευτέα τῶν νῦν οὐδενί. πάντες ἀχάριστοι καὶ πονηροί. ἐγὼ δὲ τάλαντόν σοι κομίζων, ὡς ἔχοις πρὸς τὰ κατεπείγοντα χρῆσθαι, καθ' ὁδὸν ἤδη πλησίον ἤκουσα, ὡς πλουτοίης ὑπερμεγέθη τινὰ πλοῦτον, ἥκω τοιγαροῦν ταῦτά σε νουθετήσων· καίτοι σύ γε οὕτω σοφὸς ὤν, οὐδὲν ἴσως τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων, ὃς καὶ τῷ Νέστορι τὸ δέον παραινέσαι ἄν. Τί. ἔσται ταῦτα ὦ Φιλιάδη, πλὴν ἀλλὰ πρόσιθι, ὡς καὶ σὲ φιλοφρονήσωμαι τῇ δικέλλῃ. Φι. ἄνθρωποι, κατέαγα τοῦ κρανίου ὑπὸ τοῦ ἀχαρίστου, διότι τὰ συμφέροντα ἐνουθέτουν αὐτόν. Τί. ἰδοὺ τρίτος οὗτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται, ψήφισμα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ συγγενὴς ἡμέτερος εἶναι λέγων. οὗτος ἑκκαίδεκα παρ' ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πόλει,

Gnatonides amicus & conuiua? enimuero habet ille digna se, quandoquidem immemor est atque ingratus. At nos qui iam olim conuictores sumus, æquales ac populares, tamen modestè agimus, ne insilire videamur. Salue here, fac vt istos adulatores sacrilegos obserues, qui nusquam adsunt nisi in mensa, præterea à coruis nihil differunt. Neque posthac huius ætatis mortalium vlli fidendum est. Omnes ingrati, & scelesti. At ego cùm tibi talentum adducerem, quo posses ad ea quæ velles vti, in via accepi, te summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his de rebus admoniturus te, quanquam tibi forsitan me monitore nihil erat opus, viro nimirum adeò prudenti, vt Nestori ipsi, si necesse est, consilium dare queas. TIMON. *Ita fiet Philiades, sed age, accede quo te ligone comiter accipiam.* PHIL. *Homines, confregit cranium hic ingratus, propterea quod eum ea quæ in rem illius erant, admonui.* TIMON. *Ecce tertius huc orator Demeas se recipit, tabulas dextra gestans, aitq; se mihi cognatum esse. Hic vna die de meo sedecim talenta ciuitati*

λει, καταδεδίκασο γὸ, κỳ ἐδέδετο ἐκ ἀπ
διδὲς, κἀγὼ ἐλεήσας ἐλυσάμlω αὐτὸν,
πειδὴ πρώτην ἔλαχε τῇ Ερεχθηίδι φυλ
διανέμειν τὸ θεωρικὸν, κἀγὼ προσῆλθ
αὐτῶν τὸ γιγνόμενον, ἐκ ἔφη γνωρίζειν π
λίτlω ὄντα με. Δημ. χαῖρε ὦ Τίμων, τὸ μ
γα ὄφελος τῆ γλυς, τὸ ἔρεισμα τῶν Αθηναίω
τὸ πρόβλημα τῆς ἑλλάδος. κỳ μlὼ πάλαι
ὁ δῆμος ξυνειλεγμένος, καὶ αἱ βελαὶ ἀμ
φότεραι περιμένεσι. πρότερον δὲ ἄκεσον τ
ψήφισμα, ὃ ὑπέρ σε γέγραφα. Επειδ
Τίμων ὁ Εχεκρατίδε Κολυττεύς, ἀνὴρ
μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς, ὡ
σὐκ ἄλλος ἐν τῇ Ελλάδι, παρὰ πάντα χρό
νον διατελεῖ τὰ ἄριστα πράττων τῇ πόλει
νενίκηκε δὲ πὺξ καὶ πάλlω καὶ δρόμον ἐ
ὀλύμπια μιᾶς ἡμέρας, κỳ τελείῳ ἅρματι
κỳ συνωρίδι πωλικῇ. Τίμ. ἀλλ' ἐδὲ ἐθεώ
ρησα πώποτε εἰς ὀλυμπίαν. Δη. τί ἔν; θεω
ρήσεις ὕστερον. τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ προσκεῖ
σθαι ἄμεινον. κỳ ἠρίστευσε δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως
πέρυσι πρὸς Αχαρνέας, καὶ κατέκοψε
πελοποννησίων δύο μοίρας. Τί. πῶς; διὰ
γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα, ἐδὲ προεγράφlω

ἐν τῷ

ssitati dependit, nam damnatus erat, ac vinctus. at cùm soluendo non esset, ego misertus illum redemi. Porrò cùm illi fortè obuenisset, vt Erechtheidi tribui distribueret ærarium, atque ego audiens id quod ad me redibat, poscerem, negabat se ciuem nosse me. DEM. *Salue Timon, præcipuum generis tui præsidium, fulcimentum Atheniensium, propugnaculum Græciæ. Profectò iam dudum te populus frequens, & vtraque curia opperitur. Sed prius decretum audi, quod de te conscripsi. Quandoquidem Timon Echecratidæ filius, Colyttensis, vir non modò probus & integer, verùm etiam sapiens, quantum alius in Græcia nemo, nunquam per omnem vitam destitit optime de Republica mereri, vicit autem in Olympicis pugil & lucta cursuq; die eodem, ad hac solenni quadriga, equestriq; certamine.* TIMON. *At ego ne spectator quidem vnquam in Olympicis sedi.* DEMEA. *Quid tum? spectabis posthac. sed ista communia addi satius est. Tum anno superiore apud Acharnenses pro Republica fortissimè se gessit, & Peloponensium duas acies concidit.* TIMON. *Qua ratione? Quippe qui nec vnquam arma gesserim, neq; vnquam militiæ dederim*

ἐν τῷ καταλόγῳ. Δη. μέτρια τὰ περὶ σαυτοῦ λέγεις. ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες. ἔτι δὲ ψηφίσματα γράφων, καὶ συμβουλεύων καὶ στρατηγῶν, οὐ μικρὰ ὠφέλησε τὴν πόλιν. ἐπὶ τούτοις ἅπασι δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τῇ ἡλιαίᾳ κατὰ φυλὰς, καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πᾶσι, χρυσοῦν ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις ἑπτὰ, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους σήμερον Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς. ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τήμερον τὰ Διονύσια. εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ συγγενὴς αὐτοῦ, ἀγχιστεὺς, καὶ μαθητὴς αὐτοῦ ὤν. καὶ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων. καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι. τουτὶ μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα. ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρά σε, ὃν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. Τίμ. πῶς ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι; Δη. ἀλλὰ γαμῶ, ἢν διδῷ θεὸς ἐς νέωτα, καὶ τὸ γεννησόμενον, ἄρρεν γὰρ ἔσται, Τίμωνα

ἤδη

dederim nomen. DEMEA. *Modestè equidem de te ipso loqueris, nos tamen ingrati futuri sumus, nisi meminerimus. Præterea scribendis plebiscitis, & in consultationibus, & in administrandis bellis non mediocrem vtilitatem attulit Reipublicæ. His de causis omnibus visum est, curiæ, plebi, magistratibus tributim, plebeiis singulatim, communiter vniuersis, aureum statuere Timonem iuxta Palladem in arce, fulmen dextra tenentem, radiis tempora ambientibus, vtq; septem aureis coronis coronetur, & promulgari coronas hodie Dionysiis tragœdis nouis. Agi enim per eum oportet hodie Dionysia. Dixit hoc suffragium Demeas orator, propterea quod cognatus illius propinquus, ac discipulus eius sit. Nam & orator optimus Timon, præterea quicquid voluerit. Hoc igitur tibi suffragium, sed vtinam & filium meum ad te pariter adduxissem, quem tuo nomine Timonem appellaui.* TIMON. *Qui potes Demea, cùm ne vxorem quidem duxeris vnquam, quantum nobis scire licuit?* DEME. *At ducam, nouo ineunte anno, si Deus permiserit, quódque erit natum (erit autem masculus) Timonem*

nun-

ἤδη καλῶ. Τίμ. οὐκ οἶδα, εἰ γαμήσεις ἔτι ἀλλ' οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων. Δη. οἴμοι, τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς, καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀστὸς ὤν, ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας. Τί. ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται ὦ μιαρὲ ἡ ἀκρόπολις, ὥστε δῆλος εἶ συκοφαντῶν. Δη. ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. Τί. οὐ διώρυκται οὐδὲ οὗτος, ὥστε ἀπίθανά σου καὶ ταῦτα. Δη. διορυχθήσεται μὲν ὕστερον. ἤδη δὲ σὺ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἔχεις. Τί. οὐκοῦν καὶ ἄλλην λάμβανε. Δη. οἴμοι τὸ μετάφρενον. Τί. μὴ κέκραχθι. κατοίσω γάρ σοι καὶ τρίτην, ἐπεὶ καὶ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας κατακόψας ἄνοπλος, ἓν δὲ μιαρὸν ἀνθρώπιον μὴ ἐπιτρίψας. μάτην γὰρ ἂν εἴην καὶ νενικηκὼς ὀλύμπια πὺξ καὶ πάλην. ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; οὐ μὲν οὖν ἄλλος. ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν ἔρχεται, τιτανῶδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τὴν ἐπὶ τῷ μετώ-

nuncupabo. TIMON. *An vxorem tu sis dicturus equidem haud scio, tanta à me plaga accepta.* DEMEA. *Hei mihi. Quid hoc est rei? Tyrannidem Timon occupas, pulsásq; eos qui sunt ingenui, ipse nec ingenuus planè, nec ciuis? verùm propediem pœnas daturus, cum alijs nominibus, tum quod incenderis arcem.* TIMON. *Atqui non conflagrauit arx scelerate. Proinde apertè calumniaris.* DEMEA. *Sed & diues es, posticum (arcis Atheniensis) perfodiens.* TIMON. *Neque hoc perfossum est, vnde ne hæc quidem probabiliter abs te dicuntur.* DEMEA. *Verùm effodietur posthac, sed tu interim omnia quæ in ea condita, possides.* TIMON. *Alteram itaq; plagam accipe.* DEMEA. *Hei scapulis meis.* TIMON. *Ne vociferare, alioqui & tertiam tibi illidam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, si, cum inermis duas Lacedæmoniorum acies fuderim, vnum scelestum hominem non protriuero. Tum frustra vicerim in Olympiis, & pugil & palæstrites. Sed quid hoc? an non philosophus Thrasycles hic est? Profectò ipsus est, promissa barba, erectísque superciliis, & magnum quiddam secum murmurans accedit, Titanicum obtuens, cæsariem per scapulas fluentē ventilans,*

alter

πω κόμην, αὐτοβορέας τις ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραφεν. οὗτος ὁ τὸ σχῆμα σεμνὸς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν, ἕωθεν μυρία ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξιὼν, καὶ τῶν ἡδονῇ χαιρόντων κατηγορῶν, καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν. ἐπειδὴ λουσάμενος ἀφίκοιτο ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ παῖς μεγάλην τὴν κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ (τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα) καθάπερ τὸ λήθης ὕδωρ ἐκπιὼν, ἐναντιώτατα ἐπιδείκνυται τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, προαρπάζων ὥσπερ ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος, καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως, κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ἐπικεκυφὼς, καθάπερ ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν προσδοκῶν, ἀκριβῶς τὰ τρύβλια τῷ λιχανῷ ἀποσμήχων, ὡς μηδὲ ὀλίγον τοῦ μυττωτοῦ καταλίποι, μεμψίμοιρος ἀεὶ ὡς τὸν πλακοῦντα ὅλον, ἢ τὸν σῦν μόνος τῶν ἄλλων λάβοι, ὅτι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος. μέθυσος καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας καὶ ὀργῆς προσέτι. καὶ λόγοι πολλοὶ ἐπὶ τῇ κύλικι, τότε δὴ καὶ μάλιστα περὶ σωφρο-

σύνης

alter quidam Boreas aut Triton, quales eos Zeuxis depinxit. Hic sedatum oris habitum præ se ferens, incessu moderatus, amictu modestus, mane mirum quàm multa de virtute differit, damnans eos, qui voluptate capiuntur, & frugalitatem laudans: at vbi lotus deuenit ad cœnam, puerq́; ingentem illi calicem porrexit (meraciore autem maximè gaudet) perinde vt Lethes aquam ebibens, à diluculariis illis disputationibus diuersissima quæ sunt exhibet, dum milui instar præripit obsonia, & proximum cubito opposito arcens, mento interim condimentis oppleto, dum canum ritu ingurgitat, prono incumbens corpore, perinde atque in patinis virtutem inuenturum sese speret, dúmque vsque adeò diligenter catinos extergit indice digito, vt ne paululum quidem reliquiarum sinat adhærere, nunquam non querulus, tanquam deteriorem partem acceperit, vel si totam placentam, aut suem solus omnium accipit, qui quidem edacitatis & insatiabilitatis est fructus. temulentus, vinoq́; bacchatus, non ad cantum modo, saltationemq́;, verùm ad conuicium vsq; ad iracundiam. Adhæc multus inter pocula sermo (tum enim vel maximè) de temperantia,

σιώπης καὶ κοσμιότητος, καὶ ταῦτα φη
ἤδη ὑπὸ τοῦ ἀκράτου πονήρως ἔχων, καὶ ὑ
τραυλίζων γελοῖος. εἶτα ἔμετος ἐπὶ
τοις, καὶ τὸ τελευταῖον, ἀράμενοί τινες
φέρουσι αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου. πλὴν ἀλ
καὶ νήφων, οὐδενὶ τῶν πρωτείων παραχω
σειεν ἂν ψεύσματος ἕνεκα, ἢ θρασύτη
ἢ φιλαργυρίας. ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ
πρῶτα, καὶ ἐπιορκεῖ προχειρότατα, κα
γοητεία προηγεῖται, καὶ ἡ ἀναισχυντία
ρομαρτεῖ. καὶ ὅλως πάνσοφόν τι χρῆμα,
πανταχόθεν ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντελ
οἰμώξεται τοιγαροῦν οὐκ εἰς μακρὰν χρηστὸς
τί τοῦτο; παπαὶ, χρόνιος ἡμῖν Θρασυκλ
Θρα. οὐ κατὰ ταῦτα ὦ Τίμων τοῖς πολλοῖς
τοις ἀφῖγμαι, ὥσπερ οἱ τὸν πλοῦτόν σου τε
πότες, ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ δείπνων πο
τελῶν ἐλπίδι συνδεδραμήκασι, πολλὴν
κολακείαν ἐπιδειξάμενοι πρὸς ἄνδρα
σε ἁπλοϊκὸν, καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν. οἶσθα
ὡς μᾶζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον
ἥδιστον θύμον ἢ κάρδαμον, ἢ εἴποτε τ
φῶν ὀλίγον τῶν ἁλῶν. ποτὸν δὲ ἡ ἐννεάκρ
νος. ὁ δὲ τρίβων οὗτος, ἧς βούλει πορφ
εἰ

tia, ſobrietatéque: atque iſta quidem loquitur, cùm iam à mero malè affectus & balbutit ridicule. Deinde accedit vomitus. Poſtremò ſublatum eum de conuiuio efferunt aliqui. quanquam alioqui ne ſobrius quidem vlli primariorum ceſſerit vel mendacio vel confidentia, vel auaritia. Quin inter aſſentatores primas tenet, peierat promptiſſimè, anteit impoſtura, comitatur impudentia. In ſumma prorſus admirandum quoddam ſpectaculum eſt omni ex parte exactum, variéque abſolutum, proinde non eiulabit clarius videlicet, cùm ſit modeſtus. Quid hoc? papæ, tandem nobis Thraſycles? THRA. *Non hoc animo ad te venio, Timon, quo plerique iſti, qui nimirum opes admirati tuas, argenti, auri, opiparorum conuiuiorum adducti ſpe concurrunt, multáque aſſentatione deliniunt te, hominem videlicet ſimplicem, faciléque impartientem id quod adeſt. Siquidem haud ignoras offam mihi in cœnam ſufficientem eſſe, tum obſonium ſuauiſſimum, cæpe aut naſturcium, aut ſi quando delicier, puſillum ſalis. Porrò potum fons Athenis nouem ſaliens venis, ſuppeditat. Tum pallium hoc quauis*

purpura potius. Nam aurum nihilo magis apud me in precio eſt, quàm calculi, qui ſunt in littoribus. Sed tua ipſius gratia huc me contuli, vt ne te ſubuerterit peßima iſta atque inſidioſißima res, opulentia, quippe quæ multis ſæpenumero immedicabilium malorum extiterit cauſſa. Etenim ſi me audies potißimùm opes vniuerſas in mare præcipitabis, vtpotè quibus nihil ſit opus bono viro, quique philoſophiæ poßit opes perſpicere. Ne tamen in altum ô bone, ſed fermè ad pubem vſque ingreſſus paulò vltra ſolum fluctibus opertum, me quidem vno ſpectante. Quod ſi hoc non vis, tute igitur eas potiore via ex ædibus eijcito, ac ne obolum quidem tibi facias reliquum, videlicet largiens iis, quicunque opus habent: huic quinque drachmas, illi minam, alij talentum. Si verò quis philoſophus fuerit, duplam aut triplam portionem ferre dignus eſt. Quanquam hoc quidem mihi non mea ipſius gratia peto, ſed quo amicis, ſi qui egebunt, donem: ſat eſt ſi modò peram hanc largitione tua expleueris, ne duos quidem modios Aegineticos capientem. Nam paucis contentum, modeſtumq́ conuenit eſſe eum qui philoſophatur,

μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. Τίμ. ἐπαινῶ ταῦτά σου ὦ Θρασύκλεις. πρὸ γοῦν τῆς πήρας εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τὴν κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων, ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ. Θρασ. ὦ δημοκρατία, καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει. Τίμ. τί ἀγανακτεῖς ὦ 'γαθὲ Θρασύκλεις; μῶν παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας, ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται. Βλεψίας ἐκεῖνος, καὶ Λάχης καὶ Γνίφων, ὅλως τὸ σύνταγμα τῶν οἰμωζομένων. ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν, τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω, πάλαι πεπονηκυῖαν; αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλαζῶ πόρρωθεν αὐτούς; Βλέψ. μὴ βάλλε ὦ Τίμων, ἄπιμεν. Τίμ. ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

ΔΙΚΗ

neque quicquam vltra peram cogitare. TIMON. *Equidem ista, quæ dicis, probo Thrasycles. ergo si videtur, priusquam peram expleam, age tibi caput opplebo tuberibus, postea quam ligone sum mensus.* THRA. *O libertas, ô leges, pulsamur ab impurißimo libera in ciuitate?* TIMON. *Quid stomacharis ô bone Thrasycles? num te defraudaui? Atqui adiiciam vltra mensuram Chænices quatuor. sed quid hoc negotij? Complures simul adueniunt, Blepsias ille, & Laches, & Gniphon, breuiter agmen eorum qui vapulabunt. Itaque quin ego in rupem hanc conscendo, ac ligonem quidem paulisper interquiescere sino, dudum fatigatum? Ipse verò plurimis congestis saxis, procul eos lapidum grandine peto.* BLEP. *Ne iace, ô Timon, abimus enim.* TIMON. *At vos quidem nec citra sanguinem, nec absq; vulneribus.*

ΔΙΚΗ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ.

Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, γραφὴν ἔθετο τὸ Σίγμα πρὸς τὸ Ταῦ ἐπὶ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων, βίας ὑπαρχόντων, καὶ ἁρπαγῆς, ἀφῃρεῖσθαι λέγον πάντων τῶν ἐν διπλῷ Ταῦ ἐκφερομένων.

Μέχρι μὲν, ὦ φωνήεντα δικασταὶ, ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τουτουῒ τοῦ Ταῦ, καταχρωμένου τοῖς ἐμοῖς, καὶ καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην. καὶ παρήκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος ἣν ἴστε με φυλάσσοντα πρός τε ὑμᾶς καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς. ἐπεὶ δὲ ἐς τοσοῦτον ἥκει πλεονεξίας, καὶ ἀνοίας, ὥστε ἐφ' οἷς ἡσύχασα πολλάκις οὐκ ἀγαπῶν, ἤδη καὶ πλείω προσβιάζεται, ἀναγκαίως αὐτὸ εὐθύνω νῦν παρὰ τοῖς ἀμφότερα εἰδόσιν ὑμῖν. δέος δὲ οὐ μικρόν με ἐπὶ τοῖς ἀποθλίψεως ἐπέρχεται τῆς ἐμαυτοῦ. τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον προσθὲν, ἄρδην με τῆς οἰκείας ἀποθλίψει

χώρας,

IVDICIVM VOCALIVM.

IMPERANTE *Ariſtarcho Phalereo, ſeptima Octobris, actionem inſtituit Sigma aduerſus Tau, conſtitutis iudicibus ſeptem Vocalibus, de vi & rapina, ſpoliari ſe dicens omnibus illis vocibus, quæ duplici Tau proferri ſolent.*

HACTENVS *quidem, ô Iudices Vocales, non admodũ graui iniuria adfectus ab hoc Ταῦ, quod meis rebus abutebatur, & inde auferebat, vnde minimè conueniebat, quod quidem damnum non grauiter tuli, nonnulla etiam quæ dicebantur, audiuiſſe me diſsimulabam propter modeſtiam, quam vos ipſi noſtis me ſeruare, cùm erga vos, tum erga alias ſyllabas. Poſtquam verò ad tantam auaritiam & amentiã peruenit, vt nõ modò non ſit contentum iis, quæ ego ſæpe diſsimulaui, verùm iam maiorem vim inferat, ipſa me neceſsitas cogit, vt accuſem apud vos qui vtramq; noſtrûm nouiſtis. Non aũt exiguus metus propter iſtam miſeriã me inuaſit. Nam cum prioribus iniuriis maiores ſemper addat, prorſus me è domeſtica ſede*

χώρας, ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα,
μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ
δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου, δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς, οἱ
δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμμα-
τα τῆς πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν. εἰ γὰρ
ἐξέσται τοῖς βουλομένοις ἀπὸ τῆς καθ' αὑτὰ
τάξεως εἰς ἀλλοτρίαν βιάζεσθαι, καὶ τοῦτο ἐπι-
τρέψετε ὑμεῖς, ὧν χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι
γράφεται, οὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον αἱ συντάξεις
τὰ νόμιμα, ἐφ' οἷς ἐτάχθη τὰ κατ' ἀρχὰς
ἕξουσιν. ἀλλ' οὔτε ὑμᾶς οἶμαί ποτε εἰς τοσοῦ-
τον ἀμελείας τε καὶ παροράσεως ἥξειν, ὥστε
ἐπιτρέψαι τινὰ μὴ δίκαια· οὔτε εἰ καθυφή-
σετε τὸν ἀγῶνα ὑμεῖς, ἐμοὶ παραλειπτέον ἐστὶ
ἀδικουμένῳ. ὡς εἴθε καὶ τῶν ἄλλων ἀνεκόπησαν
τότε αἱ τόλμαι, εὐθὺς ἀρξαμένων παρα-
νομεῖν. καὶ οὐκ ἂν ἐπολέμει μέχρι νῦν τὸ
Λάμβδα, τοῦ Ρῶ, διαμφισβητοῦν περὶ τῆς
κισσήρεως, καὶ κεφαλαλγίας. οὔτε τὸ Γάμ-
μα τοῦ Κάππα διηγωνίζετο, καὶ ἐς χεῖρας
μικροῦ δεῖν ἤρχετο πολλάκις ἐν τῷ κναφείῳ
ὑπὲρ γναφάλων. ἐπέπαυτο δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ
Λάμβδα μαχόμενον τὸ Μόγις ἀφαιρούμε-
νον αὐτοῦ, καὶ μάλιστα παρακλέπτον. καὶ τὰ
λοιπὰ

expellet, ita vt parum iam absit, dum ego ista dissimulo, quin ne inter litteras quidem amplius numerer, & in simili quodam verser metu. Est itaque æquum non modò vos iudices, sed omnes etiam reliquas literas huius doli curam gerere. Nam si, vt libet vnicuique, licebit è suo ordine in alium violenter irrumpere, idq́; vos, sine quibus nihil omninò scribitur, permiseritis, non video quomodo sua quique ordines iura, iuxta quæ à principio constituti sunt, tuebuntur. Sed non existimo vos vnquam ad tantam incuriam vel negligentiam peruenturos, vt ea feratis, quæ cum æquo & iure pugnant. Et vt vos certamen omiseritis, tamen mihi qui iniuria affectus sum, negligendum non erit. Atque vtinam aliarum quoque litterarum audacia ab initio statim, cùm cœperunt contra leges delinquere, esset repressa, neque enim litigaret ad hunc vsq; diem Λάμβδα *cum* Ρῶ *disceptans de voce* κίοσκεις *&* κεφαλαλγία. *Neq; etiam* Γάμμα *cum* Κάππα *certamen haberet, neque tam sæpè ad manus propè venissent in fullonia de dictionibus* κναφείῳ *&* γνάφῳ *disceptantes. Quin cessasset etiam hoc* Γάμμα *&* Λάμβδα *contendere, dictionem* Μόγις *illi surripiens, imò suffurans. Adeoque*

λοιπὰ αὖθ' ἠρέμει συγχύσεως ἄρχεσθαι παρανόμου· καλὸν γὰρ ἕκαστον μένειν ἐφ' ἧς τετύχηκε τάξεως. τὸ δὲ ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρὴ, λύοντός ἐστι τὸ δίκαιον. καὶ ὅγε πρῶτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους διατυπώσας, εἴ τε Κάδμος ὁ νησιώτης, εἴ τε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου, καὶ Σιμωνίδῃ δὲ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην, οὐ τῇ τάξει μόνον, καθ' ἣν αἱ προεδρεῖαι βεβαιοῦνται διώρισαν, τί πρῶτον ἔσται ἢ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις συνεῖδον, καὶ ἡμῖν μὲν, ὦ δικασταὶ, τὴν μείζω δεδώκασι τιμὴν, ὅτι καθ' αὑτὰ δύνασθαι φθέγγεσθαι. ἡμιφώνοις δὲ, τὴν ἐφεξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται. πασῶν δὲ ἐσχάτην ἐνόμισαν ἔχειν μοῖραν ἔνια τῶν πάντων, οἷς οὐδὲ φωνὴ πρόσεστι. καθ' αὑτὰ μὲν οὖν τὰ φωνήεντα φυλάσσειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους. τὸ δὲ Ταῦ τοῦτο, (οὐ γὰρ ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, ἢ ᾧ καλεῖται) ὃ, μὰ τοὺς θεοὺς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ καὶ καθήκοντες ὁραθῆναι, τό, τε Ἄλφα, καὶ τὸ Υ, οὐκ ἂν ἠκούσθη μόνον, τοῦτο οὖν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω

τῶν

reliquæ litteræ quieuissent seditiones mouere contra leges. Est enim pulchrum vnamquamque literam in eo ordine, quem primum sortita est, manere: transcendere verò eò quo non oportet, eius est, qui ius & æquum soluit. Et qui primus vobis has leges finxit & formauit, siue Cadmus *fuerit ille insularis, siue* Palamedes Nauplij *filius, quanquã nonnulli hanc prudentiam Simonidi tribuant, non ordinẽ tantùm per quem sua quibusque literis præsidentiæ dignitas firmiter permanet, definierunt, videlicet quæ debeat esse prima, quæ secunda, sed qualitates etiã & virtutes, quas habent cõstituerunt. Et vos quidem, ô iudices, honore affecerunt præcipuo, propterea quod vestro Marte potestis sonũ efficere. Semiuocales verò secundo loco dignati sunt, eo quod sine vestro accessu exaudiri nequeunt. Ex omnibus etiam litteris quibusdam omnium postremum locum decreuerunt, Mutis scilicet & voce carentibus. Has itaque leges per vos Vocales conseruari decet. Hoc verò* Ταῦ *(neque enim possum ipsum turpiori nomine appellare, quàm quo nominari solet) per Deos nisi duæ quædam bonæ ex vobis, & aspectu decenti,* Ἄλφα *scilicet &* Υ ψιλὸν, *se illi coniunxissent, ne audiretur quidem solùm. Hoc, inquã, mihi maiorem vim*

τῶν πώποτε βιασαμένων, ὀνομάτων μὲ, καὶ ῥημάτων ἀπελᾶσαι πατρῴων, ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ Συνδέσμων ἅμα καὶ Προθέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν τὴν ἔκτοπον πλεονεξίαν. ὅθεν δὲ καὶ ἀπό τινων ἀρξάμενον ὥρα λέγειν. Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ, (τὸ δ᾽ ἐστὶ πολίχνιον οὐκ ἀηδὲς ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων) Ἐπηγόμην δὲ καὶ κράτιστον Ῥῶ, γειτόνων τὸ βέλτιστον. κατηγόμην δὲ παρά κωμῳδιῶν τινι ποιητῇ, Λυσίμαχος ἐκαλεῖτο, Βοιώτιος μὲν, ὡς ἐφαίνετο, τὸ γένος ἀνέκαθεν, ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιοῦν τι λέγεσθαι τῆς Ἀττικῆς. παρὰ τούτῳ δὴ τῷ ξένῳ τὴν τοῦ Ταῦ τούτου πλεονεξίαν ἐφώρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν ἀποστερῶν με τῶν συγγεγενημένων μοι, συνήθειαν ὤμην συντεθραμμένων γραμμάτων. ἔπι δὲ Τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγων, καὶ οἰστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα, καὶ οὐ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ᾽ αὐτοῖς. ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐτόλμησε Καττίτερον εἰπεῖν, καὶ Κάττυμα, καὶ Πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσαν, καὶ Βασίλιτταν ὀνομάζειν, οὐ μετρίως δὲ τούτοις ἀγανακτῶ,

quam nullæ vnquam literæ inferre ausum est. Nam nominibus & verbis patrijs me extrudere, præterea ex ipsis etiã Coniunctionibus, & Præpositionibus expellere tentat, adeò vt istam immodicam auaritiã porrò ferre nequeam. Verum iam tempus est dicere, vnde & à quibus res initiũ sumpserit. Peregrinabar aliquãdo in Cybelo (id oppidulum nõ est iniucundũ colonia, sicuti fertur, Atheniensium) adducebã verò mecum fortissimũ Pῶ ex vicinis meis optimũ. Diuertebam verò ad Comicum quendam poëtã, huic nomen erat Lysimacho, & à maioribus, quantũ apparebat, genere erat Bœotius, sed tamen de se dici volebat quod in media Attica natus esset. Apud hunc hospitẽ ego huius Ταῦ auaritiã deprehendi. Equidẽ cum hactenus paucis quibusdam manus intulisset dicendo τετ]αρἀκοντα priuans me meis cognatis, existimabã eam esse consuetudinẽ literarũ, quæ vnà mecũ essent educatæ. Præterea cũ τήμερον, & similes quasdã voces mihi detraxisset, diceretq́; eas esse suas, audiebã patienter, nec vehementer admodũ me ea res mordebat. Verùm cùm ab eis initiũ sumpsisset, atq; postea ausum esset etiam dicere κατ]ίτερον, & κάτ]υμα, & πίτ]αν, deinceps abiecto omni pudore βασίλιτ]αν quoq; nominare, haud leuiter

sum

γνάθω, καὶ πίμπραμαι, δεδιὼς μὴ τῷ
χρόνῳ καὶ τὰ Σῦκα, Τῦκά τις ὀνομάσῃ. Ἐμοὶ
πρὸς Διὸς ἀθυμοῦντι, καὶ μεμονωμένῳ τῶν
βοηθησόντων, σύγγνωτε τῆς δικαίας ὀργῆς, οὐ
γὰρ περὶ τὰ μικρὰ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυ-
νος, ἀφαιρουμένῳ τῶν συνήθων καὶ συνεσχο-
λακότων μοι γραμμάτων, Κίσσαν μου λά-
λον ὄρνεον, ἐκ μέσων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κόλ-
πων ἁρπάσαν, Κίτταν ὠνόμασεν. ἀφείλετο
δέ μου Φάσσαν ἅμα Νύσσαις τε καὶ Κοσσύ-
φοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου. περιέσπασε
δὲ καὶ μελισσῶν οὐκ ὀλίγας. ἐπ' Ἀττικὴν δὲ
ἐκ μέσης αὐτῆς ἀνήρπασεν ἀνόμως τὴν Ὑμητ-
τὸν, ὁρώντων ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων συλλαβῶν.
ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέ-
βαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν, καὶ
πᾶσαν ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλασσαν,
οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον σεύτλων, ὡς
τὸ δὴ λεγόμενον, μὴ δὲ πάσσαλόν μοι
καταλιπεῖν. ὅτι δὲ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμ-
μα, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγ-
καλέσαντι τῷ Ζῆτα, σμάραγδον ἀπο-
σπάσαντι, καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ τὴν Σμύρ-
ναν. μήτε τῷ Ξῦ πᾶσαν παραβάντι συνθή-
κην,

ſum commotus, & ira accenſus, timens ne quis temporis ſucceſſu etiam σῦκα, τῦκα appellet. Oro autem vos per Iouem, vt mihi indignanti, & iuſta ira commoto, præterea omni ope & auxilio deſtituto, ignoſcatis. Neque enim paruum hoc aut leue eſt periculum, in quo verſor, cùm præterquam quod aſſuetis & familiaribus literis me ſpoliauit, etiam κίοσαν, id eſt, picam, auem meam loquaciſſimam ex medio ſinu, vt dici ſolet, abreptam κίτ]αν appellauit. Quin & φάσσαν, id eſt, palumbum vnà cum νήσσαις, id eſt, anatibus, & κοσσύφοις, id eſt, merulis abſtulerat, intercedente Ariſtarcho. Eripuit etiam non paucas apes. In Atticam verò veniens, ex media illa regione ὑμηττὸν præter ius rapuit, idq; vobis ipſis & aliis quibuſdam ſyllabis videntibus. Verùm quid ego iſta commemoro, cùm me tota Theſſalia expulerit, velitq; eam Thettaliam dicere? toto inſuper mari ſum excluſum. Neq; à betis hortenſibus ſibi temperat, vt iam, quod dici ſolet, ne paxillus quidem mihi reliquus ſit. Quod verò litera ſim, quæ nulli nocere ſtudeā, vos ipſimet mihi teſtes eſtis, neq; enim vnquam accuſaui literam Ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abſtulit, & totam σμῦρναν ſurripuit: nec ipſi etiam Ξῦ, omnia fœdera & pacta

κλῶ, καὶ τὸν συγγραφέα τῶν τοιούτων ἔχοντι Θουκυδίδην σύμμαχον. τῷ μὲν γὰρ γείτονί μου Ρῶ νοσήσαντι, συγγνώμη καὶ παρ' αὐτῷ φυτεύσαντί μου τὰς μυῤῥίνας, καὶ παίσαντί μέ ποτε ὑπὸ μελαγχολίας ἐπὶ κόῤῥης. κἀγὼ μὲν τοιοῦτον. τὸ δὲ Ταῦ τοῦτο σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον καὶ πρὸς τὰ λοιπά. ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ Δέλτα, καὶ τὸ Θῆτα, καὶ τὸ Ζῆτα, μικροῦ δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα. αὐτά μοι κάλει τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ακούετε φωνήεντα δικασταί, τοῦ μὲν Δέλτα λέγοντος. ἀφείλετό μου τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιοῦν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους; τοῦ Θῆτα κλαίοντος, καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος, ἐπὶ τῷ τῆς κολοκύνθης ἐστερῆσθαι; τοῦ Ζῆτα τὸ συρίζειν, καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ ἐξεῖναι μηδὲ γρύζειν; τίς ἂν τούτων ἀνάσχοιτο; ἢ τίς ἐξαρκέσειε δίκη πρὸς τὸ πονηρότατον τουτὶ Ταῦ; τὸ δὲ, ἄρα οὐ τὸ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδικεῖ γένος, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε, τουτονὶ τὸν τρόπον. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει γε αὐτοὺς κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ὦ δικασταί,

μετα-

pacta rumpenti, litem intendi, ipso etiã Thucydide opem illi ferẽte. Etenim vicino meo Ρῶ *venia dãda quod morbo adfectũ sit, & meas apud te* μυῤῥίνας, *id est, myrtos, plantarit, & quod melancholia malo laborans me in faciem percusserit, & talis quidẽ litera sum ego. Hoc verò* Ταῦ *quàm sit natura violentum aduersus reliquas omnes literas, & quam à nullis omninò abstinuerit, consideremus. Sed &* Δέλτα, *&* Ζῆτα, *&* Θῆτα, *& propè omnia literarũ elementa iniuria affecit. Accerse mihi literas. Auditis vocales iudices, ipsum* Δέλτα *dicere, surripuit mihi meam* ἐνδελέχειαν, *pro qua vult dici* ἐντελέχειαν, *quod sanè contrarium est omnibus legibus? Auditis vociferari* Θῆτα, *& capiti capillos euellere, eò quod priuatum est cucurbita? Auditis etiam ipsum* Ζῆτα *vocibus* συρίζειν *&* σαλπίζειν *spoliatum esse adeò, vt ne* γρύζειν *quidem, id est, mutire illi porrò liceat? quis ista, quæso, ferat? aut quæ pœna satis magna erit tam scelesto? Verum hoc non tantùm cognatum sibi elementorum genus lædit, sed iam ad homines etiam iisdem moribus se contulit. Neq; enim permittit, vt recta ferantur linguis. Imò verò, Iudices, interim enim res humanæ rursus me admouerunt* γλῶσσης, *id est, linguæ,*

μεταξὺ γάρ με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἀνέμνησε περὶ τῆς γλώσσης, ὅτι καὶ ταύτης με τὸ μέρος ἀπήλασε, καὶ γλῶτταν ποιεῖ τὴν γλῶσσαν. ὢ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα Ταῦ. ἀλλὰ μεταβήσομαι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναγορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖ. δεσμοῖς γάρ τισι στρεβλοῦν καὶ σπαράττειν αὐτῶν τὴν φωνὴν ἐπιχειρεῖ. καὶ ὁ μέν τι καλὸν ἰδών, καλὸν εἰπεῖν βούλεται. τὸ δὲ παρεισελθὸν, ταλὸν εἰπεῖν ἀναγκάζει, ἐν ἅπασι προεδρίαν ἔχειν ἀξιοῦν. πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγεται, τὸ δὲ (τλῆμον γάρ ἐστι ἀληθῶς) τλῆμα πεποίηκε τὸ κλῆμα. καὶ οὐ μόνον γε τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ ᾧ καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν εἶξαι φασι, καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως ἐκστῆναι, τὸ δὲ, καὶ τούτῳ ἐπιβουλεύει. καὶ Κῦρον αὐτὸν ὄντα, τῦρόν τινα ἀπέφηνεν. οὕτω μὲν οὖν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώπους ἀδικεῖ, ἔργῳ δὲ πῶς; κλάουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὴν αὑτῶν τύχην ὀδύρονται, καὶ Κάδμῳ καταρῶνται πολλάκις, ὅτι τὸ Ταῦ ἐς τὸ τῶν στοιχείων γένος παρήγαγε. τῷ γὰρ τούτου σώματί φασι τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας

μιμη-

gua, nam expulsum me hac quoque parte γλῶσσαν facit γλῶτταν. O reuera linguæ perniciosus morbus Ταῦ. Verum rursum me conferam ad illud quod cœperam, atque homines defendam in iis, in quibus aduersus eos delinquit. Nam conatur illorum voces quibusdam vinculis constringere & discerpere, ita vt si quis pulchrum quidpiam videns, idq́ue καλὸν appellare velit, hoc Ταῦ statim irruens ταλὸν ipsum dicere cogit, adeò cupit in omnibus præsidentiam obtinere. Rursum alius dicit περὶ κλήματος, id est, de palmite, hoc verò, (est enim reuera τλήμον, id est, miserum) τλῆμα facit, quod erat κλῆμα. Et quidem non plebeios tantùm homines iniuria afficit, sed iam etiam magno illi regi, cui fama est ipsam terram, & mare cessisse, atque naturas suas reliquisse, insidias tendit, & ex ipso cùm Κῦρος sit, τῦρον quendam efficit. Atque in hunc modum vocem hominum lædit. Quomodo verò re ipsa & opere eosdem lædat, audite: plorant homines atque suæ fortunæ vices deflent, atque ipsum sæpe Cadmum execrantur, quod Ταῦ in literarum genus induxerit: Aiunt enim Tyrannos eius literæ corpus secutos, atque


μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα, ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήναντας, ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ᾿ αὐτά. ἀπὸ δὴ τούτου καὶ τῷ τεχνήματι τῷ πονηρῷ τὴν πονηρὰν ἐπωνυμίαν συνελθεῖν. τούτων οὖν ἁπάντων ἕνεκα πόσων θανάτων τὸ Ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον τὴν τοῦ Ταῦ τιμωρίαν ὑπολείπεσθαι, τὸ τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν, ὃ δὴ σταυρὸς εἶναι, ὑπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.

ΤΕΛΟΣ.



atque figuram imitatos, postea simili figura ligna fabricasse, in quibus homines suspendant. Atque ex hoc huic tam perniciosæ fabricæ pessimum nomen obuenisse. Propter ista omnia quot mortibus ipsum Ταῦ dignum esse iudicatis? Ego quidem existimo meritò hoc solum ad supplicium illius Ταῦ relinqui, vt pœnam in sua illa figura sustineat, propterea quod crux ab ipso fabricata est, & ab eo nomen illi homines imposuerunt.

FINIS.





Cesta de
bayos

n 2